

## De Tectapho et Eeria.

Nonnus libro Dionysiacorum vicesimo sexto, quo copias Deriadis recenset, Bolinges commemorat eorumque ducem tradit fuisse Tectaphum. Quos Bolinges Nonnus, eosdem Stephanus Byzantius Bolingas nominat. Gens erat indica, cuius Ptolemaeus quoque et Plinius (conf. annotat. Thomae de Pinedo ad Steph. Byz. v. h. v.) mentionem faciunt. Ac Stephanus quidem Byzantius ex Dionysii Bassaricis haec verba attulit: *καὶ τότε Βωλίγγησι μετ' ἀνδράσι Τέκταφος ὄρωτο.* Ex hoc fonte an aliunde Nonnus ea, quae de Tectapho eiusque filia narrat, hauserit, quis pro certo dicat? Quin suo more fabulam exornaverit, vix potest dubitari. Nomen huius ducis graecum esse, Köhler docet (comment. de Dionysiacis Nonni Panopolit. p. 59.). Filiae nomen Graefius e vestigiis depravatae scripturae eruit (vid. annot. crit. ad l. 26. v. 138. et libr. 30. v. 163. 184.) eumque secutus est Koechly. Est autem haec emendatio eo probabilior, quo magis illa consentanea est ingenio poetae, quem eiusmodi argutias venatum esse constat. Praeclare enim Koechly Eeriae nomen ait vim habere prorsus contrariam patris nomini: hoc significari hominem in tenebricoso carcere quasi sepultum, illo mulierem, quae sub divo atque in luce versetur. Ut vero pater insigne quoddam afflictæ fortunæ, ita filia, quae lucem ei attulit, eximiae est pietatis exemplum.

Tectaphus enim cum nescio quid commisisset, quod Deriadis iracundiam accenderet, ab eo in vincula coniectus est. Inclusus in carcere subterraneo inopia cibi confectus esset, nisi filia non multo ante partum enisa precibus ac simulatione custodes adduxisset, ut visendi patris sibi copiam facerent. Intrat mulier carcerem: invenit patrem fame prope enectum eumque, quia aliud ei afferre alimentum non potest, uberibus suis alit. Quae res cum ad regis aures pervenisset, admiratus filiae pietatem patrem e custodia emissum ei reddidit. Inde nomen Eeriae maximis per totam Indiam laudibus celebratur: pater in pristinam dignitatem restitutus principem in gente Bolingarum locum recuperat. Mox bello Bacchum inter et Deriadem exorto Tectaphus in regio exercitu militans fortem se ac strenuum ducem praestitit. Proelio a Deriade cum Bacchi copiis commisso Tectaphus postquam magnam hostium stragem fecit, ipse congressus cum Eurymedonte, Vulcani filio, graviter vulneratur. Prostratus cum iam in eo esset, ut animam efflaret, et acerba commovetur pristinae calamitatis recordatione et mollissimo filiae desiderio, quae quondam ab exitio ipsum defendisset, nunc ab ultima necessitate vindicare non posset. Eeria autem ex alta turri in aciem prospiciens ubi patrem caesum vidit, moenia lamentatione ac plangore complet: flebili voce, quasi pater iam extinctus eam audiat, eius mortem deplorat: Orco quidem praedam eripere sibi non licere: sed posse una cum patre se ad inferos descendere: quod si non con-

tingeret, ut eadem, qua pater interemtus esset, securi caederetur, aliam sibi consciscendae mortis viam patere.

De Eeriae exitu poeta nihil prodidit: sed mulierem tam piam tamque patris amantem non vanas atque inanes voces iactasse, quis est, quin sentiat? Quapropter adduci non possum, ut lacunam hoc loco esse statuam. Mire autem ea, quae Nonnus de Eeriae pietate narrat, cum iis consentiunt, quae Valerius Maximus (l. V. cp. 4. Ext. 1.) de Pero, Cimoniae filia, Hyginus (fab. 254.) de Xanthippe Myconis vel Miconis filia memoriae tradidit. Res Romam quoque translata. Plinius (Nat. hist. l. VII. cp. 36.) narrat, puerperam quandam ignobilem matre supplicii causa carcere inclusa aditum impetrasse, sed a ianitoribus semper excussam, ne quid cibi inferret, alimentum ei uberibus suis praebuisse. Re cognita matris salutem pietati filiae donatam atque in ipsa illius carceris sede Pietati deae templum esse extractum T. Quinctio M. Acilio Coss. A Plinio in ceteris rebus Solinus (cap. I. § 124. seq.) et Festus (de signif. verb. l. XIV.) non discrepant, nisi quod uterque non matrem, sed patrem commemorat filiae uberibus sustentatum. Nec pictores deerant, qui in hoc argumento operam ponerent. Vid. Valer. l. I. Köhler. comment. p. 59. et imprimis Welcker. libr., qui inscribitur »alte Denkmäler.« Tom. IV. p. 62 — 66. Summa huius fabulae exposita annotationes ad aliquot versus adiciam cum criticas, tum eas, quibus voces potissimum dictionesque explicentur: in qua re ita versabor, ut si qui in eiusdem poetae carminibus inveniuntur loci, qui sint ad res locutionesve illustrandas appositae, eos afferam atque componam.

v. 100. Τέκταφος εἰς μῦθον ἦλθεν. Conf. 42, 540. 30, 229. — ἐκηβόλος, homericum epitheton Apollinis, sed et apud Homerum (conf. II. I. 96. 110. XXII. 302.) et apud Nonnum (vid. 4, 96.) vicem nominis proprii obtinet. Eodem epitheto Nonnus ornat 15, 187. Ἰοχέαιρον (conf. Sophocl. in fab. deperdita Μελέαγρος): 16, 8. Ἐρωτα: 30, 307. Bacchum in acie hastam vibrantem: 13, 309. Achaten: 29, 10. Morrheum 26, 98. Egreum (sed vid. Koechly comment. crit. p. 107. ad h. l.) 29, 46. 37, 723. Hymenaeum, Phlegyaee filium. 29, 35. sagittarium quendam, 34, 124. Auroram: ἀλλ' ὅτε... σέλας πέμπουσα... ἐκηβόλος ἀνθροειν ἠώς. conf. Lucret. de rerum nat. l. 143.: lucida tela diei. Tum ἐκηβόλος vocatur II, 376., αἴγλη: ἀπὸ βλεφάρων ἐξέρσεν ἐκηβόλος αἴγλη, fulgorem oculorum poeta dicit: 29, 164. βέλος. Vid. Polyb. XIII. 3.: μήτ' ἀδήλοισ βέλεσι μήτ' ἐκηβόλοισ χρήσασθαι: 28, 137. ὀλοὸς αἱμαλέης ἔερωτος (sanguis intelligitur profusus longaque eiectus). 33, 93. εἰς σκοπὸν ἠκόντιζεν ἐκηβόλος ἰκμάδα (laticem) πέμπων. M. Ev. Io. Φ. 28. δάκτυλα ἐκηβόλα βάλλετε. 37, 229. εἰς κύβον ἐκηβόλα δάκτυλα πάλλων. M. Ev. Io. Γ. 125. δάκτυλα χειρὸς ἀφέντες ἐκηβόλα σήμιβόλα νίκης ἰδοιμεν τίνος ἔσται. Milites enim sorti committunt, cuius futura sit tunica, quam Iesus gestarat. Quae vox idem atque ἐκηβόλος valet, ἑκατηβόλος, reperitur 7, 105.: ἑκατηβ. ὡςπερ Ἀπόλλων et 29, 182. Ἀριστάος καλαύροπα χειρὶ τεινιάσων τυμυφίος Αὐτονόης ἑκατηβόλος.

v. 101 — 3. ὅς ποτε κούρης χεῖλεσι πειναλέοισιν... χεῦματα μαστοῦ. Tectapho, inquit poeta, fame confecto, filia mammae praebuit. πειναλέοις χεῖλεσι. infra V. 114. πειναλέων στομάτων. M. Ev. Io. Ζ. 41. λαῶν πειναλέω Nonnus dixit. Conf. Alcaei Messenii Epigr. 8. λέων ἐπὶ σοῖνῃν χάσμα φέρον χαλεπὸν πειναλέου φάριγγος. Est πειναλέος ieiunus, esuriens. — χεῦματα μαστοῦ πότμου ἀλεξήτῃα, filia enim ut



ne pater fame absumeretur, eum uberibus suis alebat. Inde *μαζός* vocatur *πατροκόμιος*; quae Nonnica vox est nec praeter hunc locum usquam reperitur. *ἀλεξητήρια* simili modo 9, 288. *φάρμακα* dicuntur *ἀλεξητήρια λύσσης*, remedia furoris. Audacius autem translatum est epitheton *δολόεις* ad *μαζόν*: mamma enim mulieri potestatem dedit custodes callide deludendi. v. 110. poeta *εἴματα* dixit *δολόεντα*. Homerus non modo Circe et Calypso *δολοέσσας*, sed etiam *δέσματα*, quibus Vulcanus Martem in adulterio deprehensum irretivit, *δολόεντα* vocat. Nonnus idem epitheton et personis et rebus tribuit, velut 1, 69. Boreae, quod aliquid de venustate Europae mare traiicientis oculis delibavit; 511. Cadmo, insidiis Typhonem circumvenienti, 7, 123. Satyro i. e. personato Iovi, qui in Satyrum conversus Antiopen compressit. 15, 220. Cupidini; 9, 233. Mercurio; 42, 117. Neptuno: *κυανοχαίτης γυναιμακίτων δολόεις πέλε*. adde 119. *δόν δολόεντα*: Neptunus enim ad fallendam Tyro, Salmonei filiam, in formam Enipei se convertit. 34, 23. Hysacus, Morrhei servus, callide animum domini insano amore capti tentans *δολόεις* dicitur. 48, 663. Bacchus, qui fraude virginitatem Aurae violavit: *πόσις δολόεις* vocatur. itemque 568. et 754. *ποτόν δολόεν* est vinum, quo Auram Bacchus inebriavit; 757. *ὑπνος*, somnus, quo consopitae puellae vim ille intulit. 47, 278. *Ἔπνος*, qui Ariadnen oppressit 35, 200. et 224. *Χαλκομέδη*, quae Morrheum ludibrio habet. 33, 361. *γίνεό μοι δολοέσσα φερέσβιος*, calliditate salutem feras. M. Ev. Io. I. 112. *τοῖα φόβῳ δολοέντες ἐπεφθέξαντο τοκῆς*, parentes caeci illius hominis metu commoti callide tergiversabantur. K. 26. *φῶρες ἔσαν δολοέντες*. Tum Nonnus eodem epitheto ornavit 22, 133. *νόον*; 8, 206. *ἔπος*; 31, 228. *μῦθον*; 33, 302. *τύπον* (formam corporis falsam); 17, 112. *ἔερον*, vinum fluvio mixtum, quo Indi ebrii fierent; 16, 281. *γάμον*. M. Ev. Io. Θ. 108. *ὄλεθρον*. — *χεῦμα* apud Homerum semel legitur II. XXIII. 561.: *χεῦμα κασσιτέροιο*, stannum fusum, quo extrema clipei ora circumdata erat. Apud alios scriptores *χεῦμα* sonat fluentum vel quicquid effunditur. Tum recentiores vocabula *χεῦμα* et *χέσιν* ita usurpant, ut copia et congeries, quaecunque est, intelligatur. Vid. Wernick. ad Tryphiod. v. 664. Apud Nonnum *χεῦμα* non modo aquas atque liquores, sed etiam orationis ac verborum flumen significat. 27, 154. *χεῦμα ἄγει Ἰθάσσης*. 30, 212. *Ἄλφειοῦ παρά χεῦματα*. 38, 100. *παρά χεῦμα Ἡριδανοῦ*. Adde 2, 443. 11, 56. 371. 13, 72. 22, 386. 24, 65. 27, 39. 39, 46. M. Ev. Io. A. 101. — 26, 230. *αὐτογόνοισ χεῦμασι*. 33, 212. *διερόν παρά χεῦμα*. 23, 51. *ἀνδροφόνον παρά χεῦμα*. 17, 302. *ἀνδροφόνῳ ῥόῳ καὶ χεῦματι πικρῷ*. 26, 234. *παλιναξία χεῦματα τίκτων Ἰνδός καὶ Νεῖλος*. M. Ev. Io. Γ. 119. *χεῦμασιν ἀεναίσις ποταμοῖο κυμαίνεται ὕδαρ*. 27, 185. *χεῦμα γερφυρώσαντες ποταμοῖο*. 39, 246. *Συελλήντι χεῦματι ἐπεινήχeto κύκλα βοείης*. 44, 8. *Ἄσωπος*, cum Bacchus in Graeciam revertisset, *ἐχόρευε πυρίπνοα χεῦματα σύρων*. 44, 251. *χεῦμασιν Ἄσσυρίοισι καλύπτεται Ἰνδός Ὀρόντης*, filius Hydaspis. 23, 8. *χερσὶν ποταμῆια χεῦματα τέμνων*, natans aliquis. — Tum de fontibus: 2, 71. *χεῦμασι πηγαίωσιν*. 15, 248. *χεῦματι πηγῆς*. de Oceano: 41, 176. *Ἐκεανός πόρς λεχώιον χεῦμα*. 40, 386. *χεῦμασιν Ἐκεανοῖο λελουμένος Ἥλιος*. de diluvio 3, 210. 218. 213. 23, 247. Tum de liquido melle 26, 200. *γλυκὺ χεῦμα μελίσσης*. 44, 137. *γλυκὺ χεῦμα*. 13, 261. *παχὺ χεῦμα μελίσσης*. 13, 259. *νεόφροτα χεῦματα σίμβλων*. — de musto vel vino: 27, 179. *ληναίσις χεῦμασι*. 48, 577. *κολώνη*, percussa Bacchi thyrsο, *αὐτομότην ὕδαρ μέδην χεῦματι πορφύροντι* (conf. Callim. hymn.

in Iov. v. 32.): 47, 81. μελίρρυτα χεύματα. 14, 429. γλυκεράν. 18, 150. ἠδύποτον χεύμα. 17, 127. χεύμα φαρμακόν, quod idem v. 125. ἐπίκλωπος ἰκμάς dicitur. Bacchus enim aquam in vinum mutavit. Conf. 14, 414. 25, 296. 48, 753. — M. Ev. Io. B. 35. εἰς χύσιν αἴθοπος οἴνου χιονέην ἤμειβε φυήν (recte enim φυήν nunc legitur pro vulgata scriptura χροήν. Vid. Wernick. ad Tryph. v. 66.) ἑτερόχροον ὕδωρ χεύματι φρονίσσουσι. Denique de vocibus ac dictis χεύμα usurpatur 23, 283. Ὠκεανὸς ἠόνιας κόσμιοιο κατέκλυσε χεύματι μύσων. — M. Ev. Io. Z. 217. μελίρρυτα. K. 74. σαόφρονα. M. 184. Σεόσσυτα χεύματα μύσων. 189. βιοσσόα χεύματα φωνῆς. 41, 375. Orpheus invenit μυστιπόλοιο Σεηρόρα χεύματα μολπῆς. Male confusa est 20, 333. vox χεύμα cum voce χείμα: quem locum alibi attigimus. Vid. Koechlyi comment. crit. ad h. l. — ἀμέλγετο. ἀμέλγειν vox homerica significat mulgere. Activum reperitur 9, 242. Ἡραίοιο γάλακτος ἀρείονα μαζὸν ἀμέλξας. 46, 248. ὄρεγε μαζὸν ἀμέλγειν eod. libr. 16. Ζεὺς μαζὸν Ἀμαλθεΐης αἰγὸς ἀμέλγων (conf. Callim. h. in Iovem v. 48.): passivum 18, 213. ἀμελγομένων αἰγῶν γλάρος. medium 12, 320. ἀμέλγετο νέκταρ ὀπάρης: at subsequenti versu ποτόν Βακχεῖον ἀμέλξας. Translate 4, 267. γάλα βίβλων ἀμελγόμενος: at M. Ev. Io. T. 195. ἐκ στόματος ζαθέοιο σοφόν γάλα πιστόν ἀμέλγων. — 26, 196. ὄφις mel de arboribus stillans ἀμέλγεται ἄφαρι λαμψῶν 5, 246. ἀπὸ χειλέων ἀκροτάτοιων ἀμέλγεται ἄκρον ἔεσης. Quod si in his locis ἀμέλγειν sugere vel delibare significat, in aliis est trahere seu imbibere, velut 2, 500. ἥλιος ἀτμίδα γαίης φλογεῖται βολαῖς ἀντωπὸν ἀμέλγων. 38, 379. Μῆνη σῆγγουον αἰγλήν ἀμέλγετο. Vulgata est ἀμέργετο, quae verba saepe commutantur. Vide Brunck. ad Apollon. Rhod. Argon. I. 882. et IV. 1144. Northmor. ad Tryphiod. v. 343. — 41, 93. Βερόη πρώτη Ἥλιον νεοφεγγές ἀμελγομένη σέλας αἰγλής. 5, 166. Μῆνη... Ἥελίου γενετῆρος ἀμέλγεται αἰτόγονον πῦρ. 40, 377. Σελήνη ἀμέλγεται (Solis) λοχίης ἀκτῖνος ἀντίτυπον πῦρ. Tryphiod. v. 519. ἀντιτύπους ἀκτῖνας ἐφέλγεται ἥελίοιο. Vide annotat. Wernickii ad h. l. Verbi ἀμέργειν activum nusquam apud Nonnum legitur, sed ubique medium positum est. Valet autem decerpere (conf. Jacobs. ad Agath. Schol. Epigr. 59, 2.). 31, 206. ἀμεργομένη κρόκον. 33, 5. φυταλίην εὐδομον ἀμεργομένη δονακήων. Tum vero, ut latine dicitur somnum carpere, sic Nonnus 18, 208.: ἀμεργομένη γλυκερώτερον ὕπνου ὀπάρης dixit. 7, 141. ὀμιασι ληθαῖον ἀμεργομένη πτερόν ὕπνου. 40, 438. ἀμεργομένοι πτερόν ὕπνου εὐδον ὄμοῦ. adde 48, 622.: quam locutionem Cunaeus non iniuria reprehendit animadv. p. 173.: potuisse enim dici ὕπνον ἀμέργεσθαι, non item πτερόν ὕπνου. Sed unde nata sit haec locutio, apparet. nam Somnus venit tacitus fuscis circumdatus alis (Tibull. Eleg. II. 1, 89.). 22, 137. pro vulgata ὄφθρον ἀμεργομένη Ἥώς Graefius reponi vult ὄφθρον ἐρευρομένη, secutus ea, quae leguntur 3, 57.: ὄφθρον ἀποπτύουσα φάνη... Ἥώς. Graefii coniecturae suffragatus est Koechly: mihi nec vulgata probatur nec Graefii coniectura tam ab omni videtur parte munita, ut recipiendam eam existimem. Nihil tamen ipse afferre possum, quod illa coniectura probabilis sit.

v. 104 — 108. Tectaphum Deriades rex ira accensus vinciri atque in profundam voraginem coniectum fame enecari iussit. σκηπτούχος Δηριάδης. σκηπτούχος sceptrum tenens, epitheton est homericum, quod regibus tribuitur ac plerumque substantivum βασιλεύς ei additum est: nude positum reperitur II. XIV. 93. Apud Nonnum signifi-



cat regem, summum rerum moderatorem, denique eum, qui alicui rei administrandae praeest. M. Ev. Io. Γ. 81. ὑψιμέδων σκηπτοῦχος, Deus O. M. 2, 581. σκηπτοῦχος Ὀλύμπου, Jupiter regnator Olympi. conf. 31, 60. 48, 18. M. Ev. Io. Σ. 162. Iesus σκηπτοῦχος Ἰουδαίων T. 112. κοίρανος Ἑβραίων τελέσω σκηπτοῦχος. 1, 445. Typhon οὐράνιον, inquit, ἀντί Διὸς σκηπτοῦχος ὅτε θρόνον ἠμιοχεύσω. 12, 44. Ὀφίων σκηπτοῦχος appellatur. Hoc loco Deriades σκηπτοῦχος, rex Indorum, dicitur. 30, 21.: καὶ σὺ σκηπτοῦχε. 24, 147. Δηριάδη σκηπτοῦχε. nude autem positum est 21, 238. σκηπτοῦχος, et 45, 246. 26, 18. σκηπτοῦχε. Eodem libro 129.: καὶ ἦν σκηπτοῦχος ἀκούση. 2, 570. ψευδόμενε σκηπτοῦχε. 1, 479. νέος γνήσιος σκηπτοῦχος. 17, 395. ἐσόμενος σκηπτοῦχος Αἰθιοπῶν. 19, 90. Ἀσσυρίων. 8, 93. Ἴστρος εἶν σκηπτοῦχον (Martem) ἀλητεύοντα δεχέσθω. — 39, 153. Ζεὺ σκηπτοῦχε βίου, σκηπτοῦχε κυδοιμοῦ. Hom. II. IV. 84. Ζεὺς, ὅστ' ἀνδρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται. 27, 253. Apollo τοξοσύνης σκηπτοῦχε. 12, 39. Bacchus σταφυλῆς σκηπτοῦχος. 7, 338. idem νεκταφέης ὀπώρης σκηπτοῦχος. Conf. Pindar. reliqq. pag. 630. ed. Boeckh. 22. — ἄστοργον ἀπειλήν ἔχων, crudelissima quaeque minatus. Eadem locutione usus est Nonnus 14, 318. at 11, 71. ἀπειλήν προηΐαν ἔχων et 35, 243. ἀπειλήν ἀτέλεστον ἔχων dixit. Saepenumero iungit cum hoc vocabulo χέειν vel προχέειν. 20, 310. Βασσαρίδων ἐλατῆσι χέειν ἄσπονδον ἀπειλήν. 37, 209. (218.) 43, 273. πληξίππον ἀπειλήν προχέειν. Wernick. ad Tryphiod. v. 156. recte animadvertit, hoc loco ἀπειλήν idem sonare, quod homericum vocabulum ὁμοκλή. M. Ev. Io. N. 36. χέειν ἠδεῖαν ἀπειλήν, i. e. Petrus suaviter allocutus Christum prohibere conatus est, ne pedes discipuli magister lavaret. 48, 377. παῦσε Τυφραονίης ὑψιμέδωνα κόμπον ἀπειλῆς. conf. M. Ev. Io. O. 162. — 36, 387. Δηριάδης οὐκ ἀπέειπε κόμπον ἀπειλῆς. M. Ev. Io. H. 88. βαρύνημεν ἐμοὶ... ἐγείρετε κόμπον ἀπειλῆς. Manifestum est, insolentiam verborum et iactationem dici. (conf. Hom. II. XX. 83.). Locutioni ἀπειλήν χέειν cognata sunt, 20, 193. ἐργεκυδοίμον ἀρσενα πέμπουσα ἀπειλήν; 36, 139. ἀπειλήν ἐσμαράγησε. 17, 318. ἐρευρομένη ἀπειλῆς μακρῶδες ὄγκον. Ὀγκον ἀπειλῆς Nonnus dixit imitatus Sophoclem. Videsis Ellendt. Lexic. Sophocl. s. h. v. 46, 53. κρούπων δαυμονίης ὑποκάθιον ὄγκον ἀπειλῆς. M. Ev. Io. T. 116.: φοικτόν ὄγκον ἀπειλῆς πεφυλαγμένοι. 32, 257. θεημάχον ὄγκον ἀπειλῆς φεύγων. (conf. ἐπιγρ. I. 44.) 35, 312. πεφύλαξο Διὸς φιλότεκνον ἀπειλήν. 3, 322. πατρώης ἐνέπων τεκνοσσοῶν οἴστρον ἀπειλῆς, Agenor enim Cadmum, nisi Europam investigasset, redire in patriam vetuit. 18, 96. Σταφυλίου σπεύδοντος ἔην ταχυεργὸς ἀπειλή δμωσίν. servi iussa Staphyli non sine comminatione data sedulo exsequebantur: 20, 197. ἦ ῥα Βασσαρίδων τρομέεις ἀπαλόχροα θῆλυν ἀπειλήν; iusto sane audacior est epitheti ἀπαλόχροα transpositio, cui si quis ea, quae collegit G. Iacob (quaestt. epicc. p. 113. sqq.), comparet, levia videantur esse nec quidquam novitatis habere. 42, 207. ἔτρεμι θῆλυν ἀπειλήν. 23, 49. ἀπειλήν κυματόεσσα (fluvii) ἐπαΐσσοσαν δέχρυτο. (conf. Hom. II. XXI. 303. sqq.). 24, 16. Hydaspes, Δηριάδη, inquit, υἱεὶ πιστὰ φέρων ῥοσίων ἐλέλιζον ἀπειλήν. 29, 7. ἄλλον ἐνηεῖη μετανεύμενος, ἄλλον ἀπειλῆ (imitatus est poeta Homerum II. II. 189. et 199.). 30, 43. ἀρταγβεί ἀπειλῆ θάροννέ τινα. 34, 29. διεπτοίησέ τινα ἀπειλῆ. 44, 209. λαδίφρονα παῦσον ἀπειλήν τινα. 48, 390. ἐνόησε θεὰ χλοάοντι προσώπῳ φονίης πληθουσαν Ἀρτεμιν ἀπειλῆς. 44, 225. Εὐμενίδων μάλιστα ἀναστέλλουσι ἀπειλάς, levium scil. virorum. conf. Procl. Lyc. h. in Solem v. 27. — 32, 115. θῆρας εἶς ἀνέκοψεν ἀπειλῆ. 44, 27.

κεκλωμένου βασιλῆος ἀφειδήσαντες ἀπειλῆς... ὠρχήσαντο. 24, 1. ἀπέτραπέ τινος ἀπειλήν. Restat locus male turbatus. 12, 285. εἰ δὲ μεσημβριζούσαν ἄγρις Φαέδοντος ἀπειλήν, (286.) σῆς σταφυλῆς προκέλευδος ἐτησιας ἔρχεται αὖρη, (287.) δίψιον εὐνάζουσα πυρώδους ἀστέρα Μαίρης, (288.) ὅπποτε ξερμαίνει σε ξερχεινέος δρόμος ὠρης, (289.) Σάλλων Σειριόεντι πεπαινομένην δρόσον ἀτμῶ. Cunaeus (animadv. pag. 110.) si, inquit, perferendus est solis aestus, hoc tibi solatio sit, quod uvarum vindemiatio- nem praecedant Etesiae. Quod vero poeta ἄγρις scripserit pro φέρεια, Cunaeus acerb- ius vituperat. Equidem Nonnum discrimen utriusque verbi non ignorasse puto. Locum depravatam esse Graefius, Kochius, Koechly, alii viri docti viderunt. Graefius voluit scribi μεσημβριζούσα ὄ' ἄγρι sive μεσημβριζούσα φλέγει Φαέδοντος ἀπειλή: quorum illud quidem neutiquam probari potest. Kochius in coniectan. Nonnianis locum hoc modo constituit: ἢ δὲ μεσημβριζούσαν ἄγρι Φ. ἀπ., ὅπποτε — ὠρης, Σάλλων — ἀτμῶ, σῆς σταφυλῆς — αὖρη, δίψιον — Μαίρης. Enuntiatum enim relativum ei, ad quod referatur, haud raro apud Nonnum praemitti. Quod etsi vere dictum est, tamen hoc loco dubito an nemini probetur. Koechly praeterea monet, distinguendum esse inter meridianum diei tempus, quo homines illius zonae quieti se dare soleant, et aestivum anni tempus, quo orta Canicula flent Etesiae. Ipse putat locum ita comparatum fuisse: εὔτε μεσημβριζούσιν ἄγρι Φ. ἀπειλή..... ὕγροπόρος δὲ σῆς σταφυλῆς προκέλ. Ἐτησιας ἔρχεται αὖρη.

Haec Koechlyi coniectura munitur quidem iis locis, quibus verbum μεσημβριζέειν apud Nonnum significat meridiatio- ne uti: sed displicet mihi hoc loco pluralis μεσημβριζούσιν. Accedit, quod necesse est statuas, post versum 285. nonnulla intercidisse: denique, quod anni tempus Koechly requirit, id declaratur verbis πυρώδους ἀστέρα Μαίρης: atque aestivo tempore meridianus sol certe est molestissimus. fortasse legen- dum: ὅπποτε ξερμαίνει σε ξερ. δρόμος ὠρης, εὔτε μεσημβριζούσαν ἄγρι (i. e. adducit conf. Hor. l. IV. 12. 13.: adduxere sitim tempora.) Φαέδοντος ἀπειλήν, Σάλλων Σειριόεντι . . . . πεπαινομένην δρόσον ἀτμῶ, (πεπαινομένην pro παῖνομένην dedit Graefius de coniectura) σῆς σταφ. — αὖρη, δίψιον — ἀστέρα Μαίρης. μεσημβριζούσαν Φαέδοντος ἀπειλήν dictum est, ut aliis locis μεσημβριζ. ἡελίου ἱμάσθη. Μεσημβριζέειν enim est meridiari (conf. Anecd. Bekkeri. Strabo l. 15. p. 694. 2i ed. Meinek. Paul. Silent. Ep. 66, 5.). 48, 262. εὔδε μεσημβριζούσα. 25, 269. μεσ. παρὰ πηγῆ. 42, 33. ἀνδρα μεσημβριζόντα cet. 45, 183. μήλα μεσημβριζόντα (conf. Plat. Phaedr. 259. A. Horat. C. l. III. 29, 19. sqq.). 15, 196. μεσημβριζούσα λεχίδος ἄγχι λεαίνης. 48, 335. ἢ δὲ μεσημβριζούσα σέβας φιλοπάρθενον αἰδοῦς ἐν προχοαῖς ἐφύλαξε cet. Graefius offendit in voce μεσημβριζούσα tam nude posita: languet enim, inquit, magnopere: si nihil erat, quod adderetur, melius dixisset ἢ δὲ σαοφρονέουσα. Lacunam subesse, suspicatur Koechly. Vulgata enim est σέλας, quam vocem vir doctus facile de meridiani solis aestu qualicunque modo cum verbo μεσημβριζούσα iungi potuisse arbitratur. At pro σέλας Graefius ex versu 930. σέβας reposuit, quae emendatio cum, ut ipse Koechly fatetur, egregia sit, equidem depravatam scripturam σέλας flocci habeo. Nec μεσημβριζούσα me offendit: poeta dicit, meridiano tempore virginem a venatione requievisse. conf. Ovid. Metam. 111, 363. sqq. Deinde μεσημβριζέειν est meridiem spectans, velut 13, 370. Διὸς Ἀσβύσταο μεσημβριζόντας ἐναύλους. Conf. 3, 291. et Köhler. comment.



p. 39. — 21, 312. Ἡελίου βαλβίδα μεσημβριζουσαν ὀδεύων: Cunaeus explicat: meridionalem plagam (animadv. p. 135.), sed idem miratur, cur poeta βαλβίδα, carceres seu cancellos meridiem dixerit, cum huius curriculi initium in Oriente, meta in Occidente, meridies autem media pars sit. Atque Nonnus aliis sane locis βαλβίδα opponit νύσση, velut 19, 152. 11, 402. 412. 2, 174. 37, 242. et 625. 10, 397. ac translate usurpat M. Ev. Io. Γ. 40. ubi βαλβίς initium seu principium sonat. 38, 326. equi Solis a Phaethonte filio acrius incitati ἀρχαίης ἀέκοντες ὑπὲρ βαλβίδα κελεύθου ἀξονίην παρά νύσσαν ἀλήμιους ἔτρεχον, poeta, nisi fallor, dicit, ultra tritae viae limitem. Ovid. Met. II. 109. tritumque relinquunt Quadriugi spatium nec quo prius ordine currunt. M. Ev. Io. B. 98. ὄν (οἶκον) Σολομῶν ποιήσεν εἰς δολιχὴν βαλβίδα παλινδίνητον ὑφαινων ἐξ καὶ τεσσαράκοντα. . . . ἐν αὐτῶν. Sententia est plana: sed officit perspicuitati nimia moles verborum. Infra poeta dicit τσσατίην μετὰ νύσσαι. Constat autem, βαλβίδα et initium et finem significare, itaque spatium, quod his duabus extremis iisdemque inter se contrariis partibus definiatur. Conf. Agath. Prooem. v. 85. καλλιγέδρον ὑπὲρ βαλβίδα θαλάσσης. Quod si ora meridionalis ἡελίου βαλβίς μεσημβριζουσα vocatur, est ea ora, quam sol ad meridiem versus suo cursu extremam attingit. Verum μεσημβριζέειν non modo est meridionari, sed etiam medium coelum tenere, quod idem apud Apoll. Rhod. Arg. II. 739. μεσημβριάω valet. 38, 345. μή — μεσημβριζόντι δὲ δίφρῳ ἄστατος Ἡριγένεια συνατήσσει Σελήνη i. e. ne meridiano tempore aurora lunae obviam fiat. 7, 297. ὄφρα φαείνη ἄστρα μεσημβριζόντα, ut nocturna sidera meridie appareant. 10, 142. φεύγων Ἡελίοιο μεσημβριζουσαν ἱμάσθλην. i. e. aestum solis meridiani et 29, 301.: ἔτρεμε θερμὸς ὀδίτης αἴθοπος Ἡελίοιο μεσημβριζουσαν ἱμάσθλην. Verum redeamus ad versum 104. ἔχων ἄστοργον ἀπειλήν. est λιτότης, ut latine saepe immitis ponitur pro crudeli. Nam ἄστοργος proprie vocatur is, qui nullo amore erga parentes aut liberos affectus est: tum immitis, crudelis. 43, 370. Athamas dicitur ἄστοργος τοκεύς. conf. 48, 924. ἄστοργοιο τεκούσης. 25, 554.: Saturnus liberos suos devorans ἀστ. παρακοίτης Ρείης. — 31, 278. οἷς ἄστοργος ἐχώσατο Ζεύς. 4, 339. σκορπίος, ἄστοργοιο βοηθός Ἰοχραίρης (conf. Eratosth. καταστερ. 7.). 17, 217. Erembeus, dux Indorum. M. Ev. Io. N. 82. χρυσομανής ἄστοργος ἀνήρ, Iudas. 6, 171. ἄστοργοιο δαίμονος (Junonis) χόλη. 8, 37. φθόνος ἀστ. Tum idem epitheton ad res translatum est, velut. M. Ev. Io. E. 161. ἄστοργοισιν ἐν ἡΐσειν. 48, 751. ἄστοργῳ φάτο φωνῆ.

v. 105. σειρήσι πολυπλέκτοισι πιέζων. Hoc loco πολυπλέκτους σειράς vocat. 37, 25. ἐυπλέκτοιο σειρῆς δεσμῶ. (Conf. Hom. II. XXIII. 115., ubi Hermannus ad h. in Apoll. v. 36. σειράς τε πλεκτάς reponi iubet, et annot. Wernickii ad Tryph. v. 305.). Hom. II. XXIII. 335. ἐυπλέκτω ἐνὶ δίφρῳ. — 21, 37. 45, 272. σειρῆ χαλκείη et 279. χαλκοβαρής. (conf. Hom. II. VIII. 19. χρυσεῖην σειρήν). Eod. libr. v. 131. ἐπιτροχόουσα δὲ σειρῆ (lorum) χερσὶν ἐμειρωΐη Διονύσου. adde 21, 30. 48, 629. Tum Nonnus eandem vocem ad alias res transfert, quae ad ligandum vel adstringendum aliquid adhiberi possunt. velut 45, 144. κισσὸς ἀνήμεν σειρήν αὐτοέλακτον ἐπιπλέξας κυπαρίσσω. 30, 83. πυρσὸς ἀμφὶ πόδα τινὸς πυρίπνοον ἐπλέκε σειρήν. 18, 188. σειρήν ἀμπελόεσσα. 15, 134. δρακοντεῖη σειρῆ. (conf. 36, 175.) 4, 382. ὀλκαίη ἐχιδναίη κάμει σειρῆ. At 37, 5. ἐταργύσαντο θανάοντας ψυχῆς πεμπομένης, ὄσεν ἡλυσε κυκλάδι σειρῆ νύσσαι ἐς ἀρχαίην

Daniel Heinsius diss. p. 187. κυκλ. σειρῆ explicat πάλεν. ad sententiam recte. Sed vox σειρῆ suspecta est Koechlyo, qui scribendum censet μοίρη. De re ipsa vide Köhler. comment. p. 73. — πολύπλεκτος vox rara. Apud Nicandrum Alex. v. 224. δεσμοῖς πολυστρέπτοις legitur. At vetus enarrator ad Eurip. Phoeniss. 314. vocem πολυέλεκτον interpretans usurpat πολύπλεκτον. M. Ev. Io. T. 211. reponendum est πολυπλέκτων ἐλίκων. conf. 38, 258. τανυπλέκτων ἐλίκων πολυκαμπέει δεσμῶ. Vide Wernick. ad Tryphiod. v. 671. p. 488. — 23, 55. Ψύσσα. 5, 247. πολυπλέκτοιο χιτῶνος ἀψίδας. Praeter πολύπλεκτος reperitur apud Nonnum πολυπλεκτής. homericum est εὐπλεκτής, epitheton δόφρου et Ψυσάνων. Nonnus 42, 452. dicit πολυπλεκέεσσι δεσμοῖς, μίτρος scil. — πιέζων. πιέζειν sonat premere, comprimere, constringere. Hom. II. XVI. 510. Glaucus brachium vulneratum manu premebat, ut dolores vulneris paulisper mitigaret. Tum Homerus πιέζειν ἐν δεσμοῖς dicit, i. e. aliquem vinculis constrictum tenere. Nonnus hoc verbo utitur et participio quidem praesentis I, 259. 166. 12, 199. 17, 365. (conf. Hom. IV. 213.) 45, 262. 29, 354., qui locus totus ad imitationem Homeri (Odys. VIII. 270.) compositus est. 25, 187. 43, 110. 46, 152. futuro πείσσω 4, 146. aoristo πείσσας 25, 499. participio praesentis passivi πιεζόμενος 37, 602. 48, 123. 273. — 43, 237., ubi poeta de Proteo in serpentis formam converso loquitur, μεσάτου πιεζόμενοιου κενεῶνος σπεῖραν ἀνηγήρην i. c. compressa seu contracta media corporis parte. In metaphrasi evangelii Ioannei πιέζειν estprehendere H. 111. καί τινες ἐπεσεύοντο πιέζειν Ἰησοῦν παλάμην ἀφειδέειν. adde 123. 168. K. 139. Λ. 237. Σ. 28. At Φ. 16. de piscantibus Iesu discipulis: οὐδὲν ἀλατρώτησι (scriptura enim vulgata defendi potest), δυνήσατο χερσὶ πιέζειν ἑσμός ἅπας itemque v. 60., ubi ἐπίσσετε puto scribendum pro ἐπιάσσετε, quae est vulgata. πιάσας est dorica forma (conf. Theocr. Idyll. 4, 33.), qua scriptores novi testamenti usi sunt, de qua re vid. Alexandr. Buttmani librum, qui inscribitur »Grammatik des Neutest. Sprachgebrauchs« p. 58.

v. 106. δέσμιον εὐρώεντι κατεκλήμισε βερέδρω. εὐρώεια vox homerica significat situ et mucore obsitus, squalidus, tenebricosus. Vid. Ameis. annot. ad Hom. Odys. X. 512. Homerus ἄδου οἰκίαν, δόμον, κέλευσα vocat εὐρώεντα. Nonnus non modo βερέδρω, 36, 105. νερέρω πυλεῶνι, 45, 267. μελάδρω i. e. carceri subterraneo, sed etiam ingentis anguis faucibus, ἀνδρεῶνι, idem epitheton tribuit. — βερέδρον Homerus et Tartarum vocat et speluncam, in qua Scylla habitabat. Pari modo apud Nonnum cum de Orco vel Tartaro, tum de locis depressis ac voraginibus vox βερέδρον usurpatur. 26, 128. et 137. καταχθονίῳ βερέδρω. 30, 129. ὄν (Tectaphum) ποτε δήσας Δηριάδης ἐκρυψεν ἔσω γλαφυροῖο βερέδρου. 9, 102. ζοφόντι βερέδρω Bacchus infans absconditus est (conf. v. 134. Köhler. comment. p. 20.). 34, 231. αἱ δὲ πεδοσκαφέεσσι ἐτυμβεύοντο βερέδροις, φρεῖατος ἐν γυάλοισιν. M. Ev. Io. M. 44. ἀχλύεντι βερέδρω, sepulcrum dicit poeta. Adde Λ. 155. 184. et conf. ib. v. 157. At 4, 55.: τοσσατίους Τιτήνας ἐνεκλήμισε βερέδρω i. e. Tartaro. De sede inferorum atque subterraneis locis 2, 338. χθόνιον βερ. 36, 101. κρηπίδα βερέδρων χθονίων κινήσας (conf. Hom. II. XX. 57. 63.) 45, 282. σκοτίου βερέδρου πυλεῶνας. 30, 159. et M. Ev. Io. B. 104. ἀνόστητον. Θ. 56. ὀμιλήσητε βερέδρω, Orco. 35, 276. καί κεν Ἴπνον ὀμιλήεντι κατεκλήμισε βερέδρω. (Conf. Hom. II. XIV. 258. sqq.) 27, 84. σκήπτρα βερέδρου ἔχέτω, rex sit inferorum. M. Ev. Io. Θ. 49.: νετεροῖοι κατήλυδες ἔστε βερέδρου:



Nonnus verba Evangelii ἐκ τῶν κάτω ἐστὲ parum accurate reddidit. — κατεκλήσσε. De scriptura κατεκλήσσε vid. Wernick. ad Tryphiod. v. 200. confer. tamen Lobeck. ad Phil. Buttmani Gr. Tom II. P. 2. pag. 220. sq. Quod si apud Homerum κλήσσε scribitur, apud Nonnum in Dionysiaticis quidem praeter unum locum 4, 55., ubi in ed. princ. ἐνεκλήσσε legitur, ceteris omnibus locis, qui permulti sunt, litera sibila duplicata est: certe ad eos, quos ego conguessi locos, nulla est scripturae varietas enotata. In metapbrasi Evangelii Ioannei τ. 85. τ. 107. 214. in libris est συνεκλήσαν; hodie tamen his quoque locis συνεκλήσσαν scriptum est. Nec apud Homerum neque apud Nonnum aliud praeter aoristum huius verbi tempus reperitur. Nam quod 2, 310. Ἄρεα δῆσας κοίρανον ὑσμίνης κλήσσομαι ἀντὶ φρονῆος legitur, id dedit Cunaeus (animadv. p. 24.) de coniectura pro vulgata λήσσομαι. Cunaeo suffragatur Koechly, adversatur Kochius in coniectan. p. 168. Formam κλείω prosae orationis propriam Nonnus non aspernatus est. 34, 258. ποίμνης κλειομένης. 48, 793. κλείε φονὴν ὠδίνα πεπαινομένου τοκετοῦ. 26, 132. ὄμματα κατακλείω γενετήρος. Etiam verbum compositum περικλείω extat his locis: 5, 173. περικλείοντα. 28, 244. 37, 262. περικλείων. 23, 27. 35, 93. περικλείοντο. 34, 272. περικλείσει. Alterius autem formae κατεκλήσσε. 6, 209. Ζαγρέος κατεκλήσσε φρονῆας Ταρταρίω πυλεῶν. 9, 102. 35, 276. βερέσσοφ. 13, 308. φαρέσσοφ. — ἐπεκλήσσε. 2, 178. ἐπεκλήσσαν ὄχηα πυλάων. 44, 20. ἐπεκλ. πυλεῶνας ἀμοιβάδας. 5, 212. ἐπεκλήσσε θυγάτρας παστῶ. 38, 300. Ἴππιον αὐχένα ἐπεκλ. λεπάδνωφ. — συνεκλήσσε. 5, 222. παῖδα περισσονῶ παρακολίτη. 48, 309. Ἄρτεμις κεμάδας ζυγίους συνεκλήσσε λεπάδνοια. His igitur locis cum duplex litera sibila sine ulla, quod ego sciam, scripturae varietate compareat necdum res satis sit explorata, apud Nonnum satis erit, in scribenda hac voce consuluisse constantiae.

v. 107. ἄτροφον, αὐχμῶντα, δέμας κεκαφηῶτα λιμῶφ. ἄτροφος victu carens, non enutritus. Hac voce, quae tenuitatem prosae orationis redolet, Nonnus usus est 21, 121. et 48, 733. — αὐχμῶντα. Homericum est αὐχμῆν: apud Lucianum aliosque quosdam recentiores scriptores reperitur αὐχμῶν. Participio praesentis usus est Nonnus etiam 35, 119. οὐ δέχομαι πόσιν αὐχμῶντα κονίη (conf. Hor. l. I. 6, 15. nigrum Merionen pulvere Troico et II. 1, 22. duces non indecoro pulvere sordidos.) 47, 153. χιτῶνα αὐχμῶντα κονίη. 37, 421. αὐχμῶνσαν ἱμάσθλην. Significat autem αὐχμῶν aridum ac macilentum esse, squalere. — κεκαφηῶτα. κεκαφηῶς θυμῶν est locutio homerica: significat animam agens: tum κεκαφηῶς dicitur is, qui exhaustus est sive quem vires defecerunt. Conf. schol. ad Nicandr. Alexiph. v. 444. Opp. Halicut. III. 113. κείται ἐπιτρέψας θανάτῳ κεκαφηῶτα γυῖα. Nonnus 2, 539. καταψύχων κεκαφηῶτα γυῖα. 29, 299. δίψη κεκαφηῶτας Ἰνδοῦς. At 46, 93. τίς αἰνήσει πολίτης ἀνδρα γυναικείη κεκαφηῶτα δημοτήτι, i. e. qui animum despondet. Ut hoc loco λιμῶφ κεκ., ita vers. 113. λιμῶφ χρονίῳ ἐστρεύγετο dictum est. M. Ev. Io. Z. 143. αἴδοπι λιμῶφ οὐποτε πεινήσειεν ἀνήφ cet. — De voce δέμας dixi Melet. part. II. pag. 16. sqq.

v. 108. ἀμιμορον ἡελίοιο καὶ εὐκύκλοιω σελήνης. De sententia conf. Soph. Electr. v. 380. 45, 269. δέσιμιον εὐρώωντι φάλαγγα (scil. Bassaridum) κατεσφρήγισσε μελάσσοφ ... εἰς γλαφυρῶν ... ἀτεροπέος οἶκον ἀνάγκης, ἀμιμορον ἦοῦς. 38, 52. δύσιν φασεσοντίδος αἴγλης ἀμιμορον. Est, ut apud Homerum, non particeps vel orbatus. 15, 360.

εὐνής. 29, 145. πόρων. 19, 39. ἡδέος οἴνου. 7, 10. εὐφροσύνης. — 14, 344. crines soluti sive passi dicuntur βόστρυχα χαίτης καθεμμένα δεσμιῶν ἀμιμορα. 42, 296. ἀμιπελος ἀμιμορος ἄρπης, quae vitis caret falce. 6, 369. ὄρμου ἀμιμορος στόλος λάφνακος. 12, 63. πλόον ὄρμου ἀμιμορον. 1, 433. Jupiter fulmine orbatus cum tonare non posset, ἦν ἐξημίμορος ἀμιμορος ἡχούα. — De sole dixi Melet. part. I. p. 26. sqq.: nunc dicam de luna, quam ait scriptor, cuius verba nomine Orphei ex Proclo descripta leguntur in Orph. reliqq. part. IX., a diis σελήνην, ab hominibus μῆνην appellari. Ab Homero φαεινή vocatur, cuius epitheti vis proxime ad etymon nominis accedit. Nec in Iliade neque in Odyssea usquam dea perhibetur esse: at in hymnis, qui homerici dicuntur, divina natura ei tribuitur. Conf. hymn. XXXI. in qua δία, εὐπλόκαμος, λευκάλευρος, πρόφρων vocatur. Filia est Hyperionis et Euryphaessae: Hesiodo autem auctore Thea mater est σελήνης. hymn. in Mercur. v. 99. nata dicitur Pallante (vid. ad h. l. annot. Ilgen.). Forma Σεληναίη recentior est, ab Arato, Apollonio Rhodio, Manethone, Aristophane, aliis usurpata. Epithetorum, quibus Σελήνης nomen adornatur, magna est apud poetas varietas: ego Nonniana afferam. 28, 230. Ὀλυμπιάς, i. e. coelestis, et πλησιφαής vocatur. πλησιφαής idem sonat, quod homerica vox πλήζουσα. conf. Maxim. περὶ κατ. v. 430. Maneth. pluribus locis. 48, 323. ὡς ὅτε . . . . Σελήνη πλησιφαής ἀνέτελλε πυριτροφέων μέσον ἀστρων, οὐρανίην στίχα πᾶσαν ἀμαλδύνουσα προσώπῳ (conf. Hom. Il. VIII. 553. sqq. Q. Smyrn. I. 37. sqq. Hor. l. I. 12, 46. sqq.) adde 41, 256. — 4, 280. ἀστάτα κύκλα νόησε παλαινόστοιο σελήνης, πῶς τρισσαῖς ἐλάεσσα μετατρόπον εἶδος ἀμείβει, ἀρτιφαής, διχόμητις, ὄλφ στίλβουσα προσώπῳ, cet. Cunaeus animadv. p. 63. hoc loco Nonnum erroris arguit. nam pro διχόμητις dicendum fuisse διχότομος. Ac sane apud Apoll. Rhod. I. 1231. διχόμητις vetus enarrator explicat ἡ πανσέληνος. Nec minus peccasse Nonnum ait Cunaeus contra significationem vocis ἀμφοφαής: sonare enim eam idem, quod πλησιφαής. hoc crimine poetam Marcelli emendatio ἀρτιφαής liberavit. Σελήνη porro vocatur 41, 342. εὐτροχάλος. 26, 109. εὐκύκλος. 25, 393. τροχόεσσα propter formam globosam seu rotundam. 2, 189. νύχιοι λαμπτήρες ἀκοιμητοιο Σελήνης σελάγζον; inde 1, 175. turbato ordine rerum ἡματίη ἡελίῳ σελάγζε συναντέλλουσα Σελήνη. hoc loco ἡματίη: at 25, 101. ὑπὲρ δυτικοῦ δὲ κόλπου ἐσπερίη Περοσηά . . . εἶδε Σελήνη (Περοσηά emendarunt Rhodom. et Canter., quos secuti sunt Graefius et Koechly): 44, 221. γαῖα φυτῶν ὠδίνα πεπαίνει μαρμαρυγὴν δροσόεσσαν ἀκοιμητοιο (nocturnae sive vigilis) Σελήνης δεχνημένη. Plurimum enim ad fertilitatem segetum lunam conferre constat. Virgil. Georg. III. 336.: et saltus reficit iam roscida luna. Vid. Voss. annot. ad h. l. Quamobrem luna dea γόνιμος habebatur. 38, 150. Ελλείδουια Σελήνη μαρμαρυγὴν πέμπουσα σελασφόρου. Confer. Hor. C. Secul. 13. seqq. ad eumque locum interpret. — 40, 376. μαῖα σοφῆς ὠδίνος, ἀμῆτορος εἰκόνα Μῆνης ὠδίνεις τριέλκτον, ὅτε δροσόεσσα Σελήνη σῆς λοχίης ἀκτίνος ἀμέλγεται ἀντίτυπον πῦρ, ταυρείην ἐπίκυρτον ἀολλίζουσα κεραίην. Confer. 5, 164. et Merrick. ad Tryphiod. v. 32. et v. 519. Itaque eo, quem modo exscripsimus, loco Luna, filia solis nulla matre prognata, accipere lumen a sole et orbem suum per triplices vices explere dicitur. Σελήνη porro vocatur 1, 331. 48, 668. βοῶν ἐλάττωα. 47, 283. αἰγλήεσσα β. ἐλ. Inde 1, 97. ἡ ὄα Σελήνη ἀζυγα ταῦρον ἔχουσα μετ' αἰζέρα πόντου ὀδεύει. 222. βόες αἰγλήεντες ἐμυκῆσαντο Σελήνης.



